



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS I.

*Simile est regnum celorum homini
patrifamilias, qui exiit primo ma-
ne conducere operarios in vineam
suam.*

QVÆSTIO I.

Quis paterfamilias?

§. 1. **I**N Græco particula causalis *ὅτι*, enim, adiungitur, quo indicatur, ad ea quæ ante dicta sunt, comprobanda similitudinem adhæberi. Dixerat vero nouissimos fore primos, & primos nouissimos. Eadem particula etiam in Syro est, & quibusdam Latinis, omnia tamen in correctis, sumpto scilicet ex platibus codicibus argumento. Comparatur regnum celorum, non absolute patrifamilias, sed in regno fieri id affirmatur, quod in familia. Res enim rei, personæ personis, actiones actionibus conferuntur. Non tamen ita omnia ad amussin spectanda sunt, ut singulis aliquid correspondere existimemus, multa enim velut emblemata interponuntur, ut decorum narrationis constet.

*Quomodo
simile re-
gnum celo-
rum.*

§. 2. Paterfamilias est Deus, & Dominus noster Iesus Christus, operarios in vineam suam educiturus egreditur. Regnum celorum est Christi regnum, nempe Ecclesia militans, in qua operæ laborant: & triumphans, in qua merces datur. Græce dicitur; ἄνθρωπος ὁ οἰκοδεσπότης, Homo paterfamilias, seu Dominus domus, ut Sallustius, mulier ancilla. Sic Herodotus. ἄνθρωπος αἰετός, vir piscator. Hebraismus redolent illæ locutiones; nec mirum est scriptorem Ionicum Syrorum vii idiomatis, apud eos legitur *מֶלֶךְ בַּיָּת* *legabra marech baiba*, viro Domino domus. Eo referunt, quod Homerus dicit, *θεοφιλέων ἀνδρῶν*, & Theocritus *ἀπλοί ἄνδρες*, viri pastores, quod ex Hebræo fonte manare nemo ambigit. Nam Genes. 46. 31. *וְיָדִיעַ דְּוֵי הַבָּיִת* *virii pastores ouium*. Paulo post vocat eosdem *אֲנָשֵׁי מִכְנֶה* *Anshe micne*, viros pecudis, seu possessionis. Ad operam igitur & labores inuitantur à patrefamilias, qui singulis mercedem etiam addidit. Pu'chra est Athanasii, in dictis & interpret. parabol. scriptura, & erudita expositio. Sic vero breuiter interpretatur. ἄνθρωπος ὁ ὁ θεός, ἀμπελών, ὁ κῆπος, ἐργάται, οἱ ἀποστόλοι. οἱ δὲ πρῶτοι τῶν ἐνδεκά τῶν ὡρῶν ἐλθόντες, ματθίᾱς ἐστίν, ὃς καὶ κατεψιφίσθη μὲν τῶν ἐνδεκά ἀποστόλων. Id est, Homo est Deus: vinea, mundus: operarii, Apostoli. Qui circa vndecimam venientes, Matthias est, qui & ipse annuncratus est duodecim Apostolis.

*Expositio
parabola.*

Eodem modo S. Chrysostomus homil. 65. ἀμπελὼνα μὲν τὴν διακονίαν ἢ δὲ φέρει εἶναι καὶ τὰς ἐκπολάς. ἄνθρωπον δὲ τὴν ἐργασίαν, πῶν παρὸντα βίον. ἐργάτας δὲ, πῶς ἀποφύγει καὶ κερμαίς. ὅτι τὴν ἰσχυρὰν πρῶτον ἢ καὶ πρῶτον, καὶ ἐκτὺν, καὶ ἐνάτῃ καὶ ἐνδεκάτῃ ὡρῇ, πῶς ἐν ἀποφύγεις ἐλπίσιν προσελθόντας καὶ ἐνδοκίμησαντας. Id est, Vineam igitur mandata: operandi autem opportunitatem, ac tempus commodum præsentem vitam appellauit: operarios vero qui differenter aut mane, aut tertia, aut sexta, aut nona, aut vndecima hora vocati sunt eos appellauit, qui diuersis statibus vocati, accesserunt & comprobati sunt.

§. 2. Derestanda igitur hæreticorum est improba segnitudo quæ ipsi laborem fugiunt, & alios à labo-

re auocant, cum docent, mercedis intuitu vetitum esse Deo seruare. Nam cum patrefamilias tam sit in conducendo sedulus, ac gnavus, ut tota die egrediat, quare non audiant eum illi, qui stant ociosi, à nemine conducti? Certe de patrefamilias testatur sanctus Augustinus sermon. 69. de verbis Domini, p. 1. cap. 2. pag. 81. An forte non exiit ad te vocandum paterfamilias? si non exiit, quid est quod loquimur? Nempe nos omnia serui de familia ipsius sumus, conducere operarios nisi facimus. Quid ergo stas? Finisti iam annorum numerum, si stas ad denarium. Hoc est enim exire patrefamilias inuolucere: quoniam qui in domo est, in addito est, non videtur ab eis qui foris sunt: cum autem exiit de domo, videtur ab eis, qui foris sunt, Christus quando non intelligitur, & non agnoscitur in secreto est. Quando autem agnoscitur exiit conducere: ex occulto enim processit ad notitiam: notus est Christus, ubique predicatur Christus: gloriam Christi, omnia quæcunque sunt sub celo clamant.

Cum enim Deus præmium proponit, si nos appetere illud nolit? Cur conuenit de denario, si nescis est denarium d. fiderate? Vide in Psalm. 18. Hebr. 11. & 12. Coloss. 1. Luc. 16. 1. Timoth. 4. Coloss. 3. Non est dubium quin primario operandum sit, ut glorificetur Deus, non tamen vetitum est mercedem desiderium, quod est ipsius caritatis, quæ æterna cum Deo coniunctio, & eius gloria petitur. Nam aliud non petitur, quam ipse Deus, finis omnium, sine quo nullam opus est bonum.

Denique hæc illa tollit præcipuam vitæ Christianæ consolationem, & exercitia pietatis: si enim non licet dare eleemosynam intuitu mercedis æternæ, nec ergo petere à Deo illam fas est; atque ita nobilissima orationis Dominicæ pars excidet, quæ regnum Dei venire postulamus. Certe sine beatitudinis intuitu orare non possumus, ut beatitudine Deum nos dignetur.

VERSUS 2.

Conuentione autem facta cum operariis ex denario diurno misit eos in vineam suam.

QVÆSTIO I.

Qua pacto cum operariis est inita?

§. 1. **P**ATREFAMILIAS & mercenarios in parabola Ios Dominus posuit, non Dominum & seruos. Nam etsi omnibus titulis Deus est Dominus, nos serui: ut tamen pacta conuenta, & operandi arbitria laborantibus tribueret, patremfamilias voluit, & mercenarios dicere, qui non imperio dominantis, quasi operæ vinæ traherentur in agum, sed promisso conducentis allicerentur, ut lucrosam laborem, quam inane ocium mallent. Ita Deus quoque cum omnia à nobis exigere opera possit sine mercede, venit tamen, & per Prophetas, Apostolosque, mercedis magnitudinem identidem inculcat. *Εὐμφορίας* itaque, contrahens, & mutuo pacto obligatus, & alios obligans in vineam mittit. Talis pactio, quæ utrinque ex iustitia obliget inter seruum, & Dominum leges nimium rigide nō agnoscebant. Deus iure suum noluit rem inie conductorem & operas agi pronunciat. Hic mutua stipulatio, & acceptatio, mutuaque obligatio cernitur. Non quod non sit abs. Iustitiam dominus, & nos serui: sed quia immensa bonitate ductus personam posuit Domini, & suscepit conductoris, ut nos alacriores habeat vineæ suæ cultores. Gra.

Genuit inique patiscitur, nam hoc modo vertit Sy-
 nus: *¶* Kate enim est pactum esse: verex pacto red-
 dit, in vineam autem mittit, suam non alienam: La-
 tuit eodices conlittere habent *hic dimittimus pr*, in
 meam vineam. Græcæ exemplaria variant, & pronon-
 tiam *hic male* dimittunt, quemadmodum & Syrus.
 In vineam autem dominum si quis non laborat, mercem de-
 bere non accipiet: Quid vero fiet illo, qui etiam eam de-
 linitur?

§. 1. Spiritalem vineam terrenæ comparari, vitæque æternæ primum, pecuniæ, qua homines operibus suis præstitam munerantur, conferri fateatur Caluini. Itaque necesse est, hic quoque Deum operam in sua vinea præstitam munerari. Et pactum inisse inter hominum, ideoque sua promissione obligari. Nonnulli etiam sectatores in Iudeos aiunt horum præmia mercede pacta vocatos, si legem impleverint, in gentibus nullas fuisse operum prædones. Erant illi quodammodo de gentibus, tenebatur illæ leges naturæ, et fidem eius illi multi sine Iudaismo habuerunt. Cuius non importunas illas iudicat argutias. Nam quod Iudeis mercedem operum in lege promissam, non carnis esse, ita pronuntia. Verum erant illi ætate, et alioerore delictum elidit: nouo vulnere facit vulnus. Multo enim Iudeorum legem seruauerunt, etsi quandoque eam peccando violauerunt, ad eam tamen penitentia redierunt, pro lege Dei in carceres, caecos, et mortem ierunt. Ideoque mercedem reportauerunt, si enim paterfamilias ex condico munera laborantis in vinea, an sine mercede eos deseret, qui sanguine eam fidelissime defenderunt? Non carni effectus, quod Deus promissit, etsi enim non in ploribuseorum, in quibusdam tamen, complicitum est Deo. Mercedem ex gratia seu pacto gratuito operibus in gratia, atque ex gratia facti iam pluribus rependi vitam æternam. Qui Abrahamum alloquens clamat: *ego merces tua magna nimis*. Tamen enim gratis beneficium inter Israelitas, quam Christiani per fidem, sine operibus legis.

183. Porro laboris constituitur denarius diurnus, *ὁ δηνάριον τὴν ἡμέραν*, hoc est, *ἢ τὴν ἡμέραν*. Denarium diem. Simili modo ille loquitur in fabulis.

Inque diem alipedum ius & moderamen equorum.
 Syrus בֵּיטוּמָא bejuma, in die, vel in diem, nomen
 etiam dearii retinet, vt notum ex consuetudine, &
 moneta Romana, qua utebantur.

Quis vero dubitet hic merita operum nobis indi-
cari; nam *omnes qui sunt, per hoc docentur*, conducere, de-
bitum aliter; omnia significent dari mercedem ex
pactamento; id est quod patet in familiis ad eam ob-
ligum; et non precii, & operum ex se dignitate,
sicut in benignissima largitate: ut nos & plurima,
et in tantissima obsequia servituti tam bono patri
et domino; et tamen de nobis modestissime sentien-
tibus; et in omnia ex mera gratia profecta, & ex sola
gratia sequi gratia consistere. Quade re nos do-
cet Gratianus Tridentini. sess. 6. cap. 16. & can. 26.
Vide & Andream Veggam in comment. in Con-
cilio. Nam ex pacto misericordiae oritur debitum ius-
titiae. Accurata est in nostro Sotae ii de octima relectio-
ne. Accurata est in mentiorum, in opusculis pag. 677.
Sed interrogabit aliquis, qui fieri possit ut ex opere
misericordiae immediate oriatur debitum iustitiae?
cuius vires habent conditiones repugnantes?
Respondetur, etiam inter homines non esse hoc no-
men; nam liberalis donatio ex misericordia sapie fit;
et illi semel facta iam non possumus secundum iusti-
tiam priuare alterum re donata, vel fructus eius.
Inter homines autem & Deum est hoc multo magis
necessarium: nam vix de dicit Augustinus, de grat

& lib. arb. cap. 6. Cui daret coronam iustus index, nisi prius dedisset gratiam misericors pater, & quomodo esset ista corona iustitie, nisi praeceisset gratia, quia iustificat impium: quomodo ista debita redderetur, nisi prius illa gratuita donarentur?

Nec obstat, quod premium vitæ æternæ sit hæreditas: pluribus enim titulis datur. Hæc vero hæreditas nulli nisi filio adoptato, & patris mandata seruanti conferitur. Exponit hoc idem Soaresius eundem locò, pag. 62. Distingue dum ergo in primis est de titulis diuersarum rationum, & eiusdem: nam de prioribus non est inconueniens: imo necessarium, & multum ad perfectionem spectans, quod eadem res, seu gloria pluribus titulis conferatur. Hoc videre licet in doctrina illi. Concil. Tridentin. Nam quod gloria debeatur iustis vt hæreditas filiis, ad dignitatem gratiæ spectat, quæ per se ipsam & natura sua constituit filium Dei per participationem, & proportionatum intrinsecè ad gloriam: quod autem eadem gloria debeatur, vt premium seu merces ratione meritorum, pertinet ad laudem & commodum ipsius hominis bene operantis, & estque titulus diuersæ rationis, quia conferitur nonius iustitiæ, quòd filiatio per se non præbebat.

Vehementer itaque ad virtutem incitat, duplex il-
le titulus: nam prior alterum requirit.

Vbi autem merces promittitur, merita esse intelliguntur, sed merita quæ virtus Christi semper antecedit, comitur, subsequitur, & sine qua nulla operum meritoria esse possunt, vt Concil. Tridentin. docet. Vide Stapler. lib. 10. de doctrina iustificationis. Voluit sane spe merendi nos Deus operari, qui etiam meritorum partem in hac vita rependit. Monuit hoc Chrysostom. homil. 16. ad populum Antiochenum. ὡς περ ἰδὲ οὖν ἐν παντί καὶ πρὸς τῆς γένειν καλᾷς τε καὶ σωστῆς κενυμένη. οὕτως οὖν πᾶσι καὶ κατωφθαλμοῦ καὶ κατὰ τῆς βασιλείας χάριτος μερίτης δοτιλᾷται. ἡ χάρις ἐν τῇ φέρει. id est, Sicut chim in iniquità viuens, & ante gehennam punitur, conscientia stimulat: Sic meritis abundans & ante regnum magna fruetur lætitiā, se bona spe pascens.

Hoc insuper hic observandum est, non imperare labores & penia operis patrem familias, sed suadere, ut sit tanto alacrior libertas in eo, quod sponte suscipit. Ita Chrysostom. homil. 56. que est 8. de penitentia in editione Frontoniana, pag. 695. ἐν τῇ βαλῇ κείῳ ἐν τῇ κινεῳ ἔσω τῆς γυναικός. ἔκ ἀναπαύσεως βασιλεὺς ἀδικὰ κατεργασμένην μὴ ἐσφάνῃ, μὴ κατεργασμένην δὲ καλῶς. τὰ μὴ δὲ εἰς ἐπιτηδεύματα γινώσκῃ, καὶ εἰς ἀφελὲς τὸ ποσὶν ἔχει μισθόν. τῇ δὲ ἐκ παρακρίσεως, καὶ ἐξ οἰκείας φιλοπλητίας λαμβανέας ἔχει πᾶν ἐσφάνους, καὶ ποσὶν πάλιν παρὰ τοῦ μισθοῦ ἐστι. εἰς ἐναγγελίζουσαν Φθιν, οὐκ ἐστὶ μοι καύχημα. Ἀλλὰ πῶς ἀνάγει γὰρ μοι ἐπιτηδεύματα. οὐαὶ γὰρ μοι ἐστίν, εἰ μὴ ἐναγγελίζουμαι, οὐδὲν ἐν τοῖς νόμοις οὐ μὴ κατεργασέας οὐκ ἔχει πᾶν μισθόν ἀνάγει γὰρ ἐστίν. οὐ γὰρ κατεργασέας, ὡς ὁ πόνητος ἐστὶ τῇ καλῶσει, καὶ τῇ πικρῶει. εἰ δὲ μοι, Φθιν, εἰ μὴ ἐναγγelizουμαι. ὅτι τῇ τῶν ἀνῶν ἐξ οὐδὲν ὅτι τῶν ἐκ παρακρίσεως ἀδικᾷ πᾶν· πόσω μὴ ἐστὶ οὐ μισθός; ἢ ἀναγγelizέσθην· ἀλλὰ πᾶν τὸ ἐναγγelizέσθην, ὃ Θεὸς, εἰς τὸ μὴ κατεργασέσθαι τῇ ἐξουσίᾳ μου. id est; In tua est voluntate, tui Dominus est decreti, non mando, non gratio. Illa recte agentem coronano, non agentem non punio. Quare precepto & debito sunt, non habent eam mercedem, quæ verò electione, propriæque moris splendidas habent coronas. Et in his Paulum testem produco. Si evangelizauero, inquit, non est mihi gloriatio, vae enim mihi si non evangelizauero. Videtur quia recte quæ legis sunt administrat, necessitas est eam; qui vero non recte agit, pena ob-

Ex miseri-
cordia sit
titulus tu-
sticia.

Titulus du-
plex ex gra-
tia, & ope-
re.

Spes mea
rendi.

*Mercēs vīra
utūm:*

noxius est, & supplicio. Vænim, dicit, mihi, si non euangelizauero. In aliis vero, quæ sunt ex libera electione non item. Sed quid? Quæ igitur mihi est merces? Vt euangelizans sine sumptu ponam Euangelium Dei, ut non abutar potestate mea.

VERSUS 3.

Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos.

QVÆSTIO I.

Quibus horis operarios conducit?

Hora.

S. I. Mane, tertia, sexta, nona, vndecima. In horas duodecim partiebantur diem Palæstini. Mane, hoc est, hora prima sub ortum solis egressus est, ultimos operarios conduxit hora vndecima, hoc est, vna ante occasum. Ideo dicuntur vna tantum hora laborasse. Erant vero horæ æstate longiores, hyeme breuiiores, quæ tamen varietas tanta non est in loco viciniori æquinoctiali lineæ, quanta in borealibus, aut antarcticis regionibus. Diligens paterfamilias, cui vinea sua electa sit valde cordi, nobis describitur. Quin & hoc ostenditur: nullam ætatem, nullum tempus Dei famulatu non idoneum esse. Ad salutem semper aditum patere.

De horis interpretatio.

S. 2. Horarum diuersitatem varie interpretantur. Orig. Chrysostom. Greg. Beda, Haimo, de cuiusque ætate intelligunt: alii ab infantia, alii in adolescentia, multi in virili ætate, alii in senectute, aut ipsa morte vocantur, ut in cruce latro. iidem fere auctores ad diuersas mundi ætates cum Origene referunt. Mihi literalis sensus esse videtur, ut indicet Deum omni tempore vocare operarios, nam hora prima vocat, pueros, iuvenes, senes, itemque hora vndecima. Semper stat ante ostium & pulsar, sed diuerso tempore veniunt, cum vocantur efficaciter. Hieronymus lib. 2. contra Iovinianum de horis hunc in modum disputat. Porro si operarii prima hora: & tertia & sexta, & nona & vndecima vnus denarius redditur, & ab eis incipit premium, qui nouissimi in vinea laborauerunt, & hic non vniu temporis, & vnus ætatis homines describuntur, sed ab exordio mundi vsque ad finem: Vocationum sacramenta sunt diuersarum, prima hora vocatus est Abel & Seth: Tertia Enoch & Noe: Sexta Abraham, Isaac & Iacob: Nona Moyses & Propheta: Vndecima gentium populus: cui primo redditur merces, quia in crucifixum credens Dominum difficultate fidei magnitudinem meruit premium: multique reges & propheta quæsierunt videre, quæ videmus, & non viderunt. Vnus autem denarius non vnum est premium, sed vna vita & vna de gehenna liberatio. Caterum quomodo ad indulgentiam principalem, diuersorum criminum rei dimittuntur de carcere, & vnusquisque pro labore vel operibus suis, in hoc vel in illo statu vita est: ica & denarius quasi indulgentia veri principis omnes per baptismum emittit de carcere. Iam nostri laboris est, pro diuersitate virtutum diuersa nobis premia preparare.

Hora atq.

Horæ alioqui de ætate diei solent: vnde celebres iocī Crassi in Deiotarum, & Deiotari in Crassum. Nam Crassus in Parthos proficiscens, cum Deiotarum inueniret nouam ciuitatem opportune condentem, mirari se dixit regem, iam hora duodecima, hoc est, extrema senecta urbem condere; cui ille: Nec tu sane matutinus in Parthos moues, annum tum sexagesimum Crassus agebat, breui Parthicum bibiturus aurum. Fuit & celeberrimi Philosophi liber, Prodi

nempe, cui titulus *ἡγεῖς*, in quo Hercules biuium exponit: vbi horas pro *καὶ*, & occasione accepisse videtur, ad hoc commune etiam Syris prouerbium respexisse Dominus potuit. Porro de horis æstatis longis, hybernis breuioribus multa veteres. Forte & Horæ ab Horo, qui sol est Ægyptiis, si Macrobio credimus, atque ita Orientale nomen esse dicendum est.

VERSUS 4.

Et dixit illis: ite & vos in vineam meam, & quod iustum fuerit, dabo vobis.

QVÆSTIO I.

Quomodo daturum se dicit, quod iustum est?

S. I. *Καὶ ὁ δὲ ἡγεῖς, & quod iustum, &c.* verba se primo plerique Græci repetunt, καὶ ὁ δὲ ἡγεῖς, καὶ ὁ δὲ ἡγεῖς, & quod iustum, accipietis, in Syro est, a vetustissimis Græcis ab. In Hieronymi comm. non est: nec apud Hilatum. Syrus *וְהָיָה לְכָל הָעָם* vinedem deuale, & quod oportuerit, aut valuerit, labor, scilicet. Hora vndecima inuenit stantes vers. 7. Græcus addit *ἐπεὶ*, & Syrus *וְהָיָה לְכָל הָעָם* vbatallin, iustos.

Hoc profecto indicat ex iustitia dari, quod datur: nam & vnus horæ labori merces respondet: Quod autem ex iustitia datur, non potest sine iniquitate negari. Nec id o tamen creatura obligati habet, aut obnoxium sibi creatorem, sed suo promisso ille obligatur, qui seipsum negare non potest, quo minus præster, quod promissit. Hinc non modo meritum certitudinem probant doctores Schol. Arist. sed etiam meritum, quæ peccatis immo: eua erant & iustitia, reditum, & vt vocant, reuincuntiam. Premium enim, quod semel promissum est, deinde offensione interpolata sublatum, cum in gratiam reditum est, non negatur amico reconciliato: quia integritas est, & sine vlla offensione reconciliatio. Sic docet Gratian. de penit. distinct. 4. §. dicens. Lombardus 4. sentent. distinct. 14. & eo loco S. Thomas quest. 2. artic. 3. & pag. 3. quest. 89. artic. 5. Hugo de S. Victor lib. 2. de sacram. pag. 14. cap. 9. Alensis 4. p. memb. 4. artic. 6. Henricus quodlib. 5. quest. 24. Bonavent. distinct. 14. 2. Richardus artic. 8. quest. 2. Securus distinct. 22. quest. 1. artic. 2. Maior quest. 1. Almainus quest. 1. artic. 2. Oceanus in 4. quest. 9. Adrianus in 4. quest. 2. de satisfact. Duran. in 3. distinct. 31. quest. 2. Caiet. 3. p. quest. 89. art. 5. Soto distinct. 18. quest. 2. artic. 2. Verum hoc omitto, quamuis verum sit, vnicum hoc vigeo, id quod iustum est, promittitur, & patremfamilias contra murmuratores excipere: Toll quod tuum est; non facio tibi iniuriam.

Fadurus erat iniuriam, si non de disset, quod peccat, si alter suum non tollere: non est Deus iniustus, & obliuiscatur operis nostri.

82 (* *) 85

VER-